



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Scintillæ Ignatianæ, Sive Sancti Ignatii De Loyola, Societatis Jesu Fundatoris Apophthegmata Sacra

Hevenesi, Gábor

Coloniæ, 1715

VD18 10988289

15. Maji. Si pulsu pravorum affectum insolenti animum ad scelus caco-dæmon prioritet, remediis quoque insolitis spontaneæ afflictionis, præter consuetas, occurrendum. S. Ignat. apud Barto. l. 3. f. ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-50423](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-50423)

15. Maji.

Si pulsu pravorum affectuum insolenti animum ad scelus caco-dæmon proritet, remediis quoque insolitis spontanea afflictionis, præter consuetas, occurrendum.
S. Ignat. apud Barto. l. 3. f. 218.

UT clavus clavo, sic insoliti morbi non solitis pellendi sunt medicinis; ubi discrimen certius, potentiora illic apponenda sunt subsidia, Contraria contrariis eliduntur.

Nec in numero, nec in viribus tentationum succumbendum. Semper cælum orco, gratia dæmone potentior est. Nec sinet te Deus tentari super id, quod potes.

Pejor est bello, timor ipse belli; nihil periculosum magis, quàm hostem formidare. Si times, jam meliore tui parte victus es. Animositate nostrâ exarmantur hostes; dum nos assurgimus, tum illi cadunt animo.

Si multi, si frequentes te hostes impetant, crede tibi suggeri materiam victoriæ. Coronare te vult Deus, quod ille non posset, nisi hostes tu sentires.

16. Ma-